

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. LI. Cappenbergensis cœnobij, ad B. Godefridi reliquiarum aduentum,  
exultatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

80 GODEFRIDI COMITIS  
orationum suarum frequétabat mu-  
neribus.

C A P . L I .

Cappenbergenſis cænobij, ad B. Gode-  
fridi reliquiarum aduentum,  
exultatio.

**P**Ost hæc , pridie Idus Februarij,  
portio reliquiarū, quæ nobis ob-  
uenerat, à fratribus nostris, cum sum-  
mæ deuotionis alacritate suscepta est,  
ita vt in die illo, nouo quodam & mi-  
rabili gratulationis tripudio fratrum  
nostrorum perfusa vniuersitas sit, &  
N. 36.  
D. 15. quodammodo nobis illuxerit Iubi-  
læus , qui est annus iubilationis ple-  
nus. Nam sicut legimus,

*Iubileus adest (annus remissionis)  
proprij distractio ruris,  
Antiquo donatur heros: seruire coactos  
Libertas amissa petit, mala debita laxat  
Creditor, & limen patriæ vetus aspicit  
exul:*

*Ita nimirum & nostra societas in hu-  
ius*

ius patroni aduentu , velut antiquæ seruitutis mœrore proiecto, nouæ libertatis & exultationis gratia donata est , sentiens per eum vberiorem diuini respectus benedictionem cōsecutam.

## C A P L II.

*De Cappenbergensi Godefridi tumulatione.*

D EINDE anno sequenti, sextodeci- *Anno*  
mo Calendas Octobris, sacra of- 1149.  
sa, multis astatibus, in sanctuario no-  
no venerabiliter ab Antistite Mona-  
sterensi *V*Vernero reposita sunt , ex  
quo nimirum tempore ipsa rerum  
experienciâ cognouimus , quod su-  
perni munera abundantia intus &  
foris, magis magisq; cumulati sum<sup>o</sup>,  
ita ut historiæ illius recordari possi-  
mus, qua dicitur: *Benedixit q; Dominus* *Genes.*  
*domui principis militum , & multipli-* *39.*  
*cavit tam in ædibus , quam in agris cun-*  
*ctam eius substantiam propter Joseph.*

F

Nos